



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 52. Epistola Canonica S. Gregorii Nysseni.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

deponere possint? & an quisquam ab-  
 sens deponi possit? Theophilus dixit; Sæculum IV,  
A. C. 394.  
 ut futuris temporibus ejusmodi malis  
 præcaveretur, optimum sibi videri, si tri-  
 bus Episcopis unum deponere neutiquam  
 liceat, sed omnes, si fieri possit, Provin-  
 ciales adsint, & accusati præsentia requi-  
 ratur. Eadem sententia Nectarii fuit,  
 quæ canonibus Apostolicis conformis  
 erat; accessit Flaviani, & reliquorum  
 omnium consensus. Itaque decisum, ut  
 trium Episcoporum numerus ad ordina-  
 tionem sufficiens, ad depositionem non  
 sufficiat.

§. LII.

*Epistola Canonica S. Gregorii  
 Nysseni.*

Post hoc Concilium nulla amplius men-  
 tio S. Gregorii Nysseni recurrit, cu-  
 jus memoria in Ecclesia ob viri virtutem,  
 & scripta, atque S. Basilii fratris ejus, in ho-  
 nore est. Ejus festum Ecclesia Græca de-  
 cima Januarii, & Latina nona Martii ce-  
 lebrat. Nihil amplius etiam legitur de  
 S. Amphilocho, cujus memoria vigesima  
 tertia Nov. agitur; de eo S. Gregorius  
 Nazianzenus testatur, quod ægrotos præ-  
 cibus suis, & oblatione Sancti Sacrificii  
 sanaverit. Plura reliquit scripta, quæ an-  
 tiquitati magno in pretio erant, & pau-  
 cissima ad nos pervenerunt.

*Hist. Eccl. Tom. IV.*

U u u

In

*Menol.**Martyr.**Carm. 51.**p. 125.*

Sæculum IV. Inter libros vero, qui S. Gregorii  
 A. C. 394. Nysseni sunt, habemus Epistolam Cano-  
 nicam, in sua senectute scriptam ad Le-  
 toium, Episcopum Melitinensem in Ar-  
 menia, quem Filium suum Spiritualem  
 vocat. Hæc videtur esse pars epistolæ  
 cujusdam Paschalis, atque pœnitentiæ re-  
 gulæ, quas in ea statuit, illis rigidiores  
 sunt, quas frater ejus S. Basilius posuit,  
 quamvis eodem modo in antiquorum  
 traditione fundentur; ex quo harum tra-  
 ditionum differentia etiam in Ecclesiis  
 vicinis cognoscitur. Pro Apostasia pœ-  
 nitentia tota vita duret, pœnitens a pre-  
 cibus publicis semper excludatur, sed  
 privatim oret, & Communionem solum  
 in mortis articulo recipiet. Si infirmi-  
 tate humana, & ob tormentorum vim  
 fidem negavit, aget pœnitentiam, quæ  
 pro fornicatione præscribitur, id est, no-  
 vem annis. Cui cum incantatoribus, &  
 sortilegis commercium est, si in Religio-  
 nis contemptum fecerit, ut Apostata ha-  
 bebatur, si simplicitate, & ruditate, sicut  
 illi, qui tormentis cesserunt.

c 3. Pro simplici fornicatione novem an-  
 ni pœnitentiæ ponuntur, tribus annis a  
 precibus exclusi sint, tribus aliis audito-  
 res, & tribus ultimis prostrati. Pro adul-  
 terio geminantur anni in quolibet gradu,  
 nempe ponuntur anni novemdecim. Pec-  
 cata contra naturam sicut adulterium pu-  
 niuntur,

niuntur. Juxta S. Basilium pœnitentia Sæculum IV.  
 pro fornicatione annos quatuor, & pro A. C. 392.  
 adulterio quindecim durabat. Pro ho-  
 micidio voluntario S. Gregorius ponit Sup. XVII.  
 annos ter novem, id est, viginti septem, S. 15. Ep. ad  
 nempe novem annos in singulis gradi- Amphil. cap.  
 bus, quorum primus erat ab Ecclesiæ in- 22. c. 80. c. 58.  
 gressu penitus exclusorum, secundus au- Greg. c. 4.  
 ditorum, tertius prostratorum in pre-  
 cibus. Pro homicidio non voluntario  
 eadem pœnitentia, quæ fornicationi, in-  
 jungitur, nempe novem annorum. S. Ba-  
 silius pro homicidio non voluntario de-  
 cem annos requirit. S. Gregorius rapi- c. 56. 57.  
 næ eandem pœnitentiam, quam homici-  
 dio constituit; pro simplici furto pœni- c. 5.  
 tentiæ tempus non definit, sed furem ad  
 id reparandum eleemosinas largiendo te-  
 neri dicit, & qui nihil habet, obligari, ut  
 manuum suarum labore satisfaciat, secun-  
 dum Apostoli Præceptum. Miratur Pa- Eph. 4. 28.  
 trum traditione non graviores pœnas ad  
 reprimendam avaritiam fuisse constitu-  
 tas, & tantum abest, ut de rigore quera-  
 tur, ut potius in variis articulis eorum  
 indulgentiam admiretur. Regulam uni-  
 versalem esse vult, ut ille, qui sponte pec-  
 catum suum confessurus advenit, lenius  
 habeatur, quam alter, qui ab aliis accu-  
 satur, & invitus convincitur, atque in  
 Episcopi potestate sit pro pœnitentis fer-  
 vore non nihil de pœnitentiæ tempore

U u u 2 remit-

Sæculum IV. remittere. (\*) Dicit, illum, cui commu-  
 A. C. 394. nio concessa est, quod morti proximus  
 crederetur, si sanitati restituatur, ad sup-  
 plenda, quæ deerant, teneri.

§. LIII.

(\*) Hier kömmt unser Protestant mit einigen  
 Puncten aus der Gottesgelehrtheit aufgezo-  
 gen, die er vermuthlich von dem Bingham ausgeschrie-  
 ben. Erstlich saget er: Es scheint, als ob man bey  
 der grossen äusserlichen Strengigkeit zu we-  
 nig an die innerliche Herzens-Änderung ge-  
 dacht. Das ist ein Vorurtheil seiner Religion,  
 welcher man überhaupt aus den äusserlichen Wer-  
 ken gar zu wenig machet; wir sind aber aus der  
 Heil. Schrift eines bessern belehret. Denn Chri-  
 stus der Herr saget: Olim in Cilicio, & Cinere  
 Pœnitentiam egissent. Matth. XI. Zweitens:  
 daß man vielen Gelegenheit gegeben ärger zu  
 werden, da man ihnen gänzlich die äusserli-  
 chen Gnaden-Mittel entzogen, und 3. L. gro-  
 ße Missethäter 9 Jahre hingehen lassen, ohne  
 daß sie Gottes Wort hören, oder dem Gebet  
 beywohnen dürfen &c.

Das schreibet er so hin ohne allen Erweis.  
 Drittens saget er ferner: Es hat sich unter diese  
 Uebungen gar bald die *opinio meriti* gemen-  
 get, und derjenige, der seine Jahre ausgehal-  
 ten, nicht geglaubet, daß er die Vergebung  
 der Sünden dem Blute Christi zu danken ha-  
 be, sondern daß er sie der Kirche abverdienen.  
 Das ist gar eine Lüge. Viertens: Daß eben dar-  
 her die schädliche und dem Verdienste Jesu so  
 verkleinerliche Lehre vom Ablass entstanden &c.  
 Wie